



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Casus Archi-Episcopo Trevir. reservati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

visitando sepulchro Domini, aut de suscipienda peregrinatione ad Apostolorum Petri & Pauli limina, vel ad S. Jacobum in Compostellam.

XII. Sepeliens hæreticos, & illis adhærentes, in loco sacro.

**DE CASIBUS EMINENTISSIMO,
ET REVERENDISSIMO ARCHI-
EPISCOPO TREVIRENSI RESER-
VATIS.**

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum præposita, die 26. Novembris Anno 1602. locorum ordinarios admonendos censuit, ut atrocium tantum & graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam confert in ædificationem, sicut nec superfluos, seu in Bulla Cænæ, aut aliàs in corpore juris Canonici Papæ reservatos: idcirco cum priora Agenda nostra pastoralia Anno 1574. edita, habuerint 31 casus reservatos, eos ad numerum II. restringimus, prout sequitur:

I. Enormis blasphemia in Deum, vel Sanctos in loco publico.

II. Abusus hostiæ Sanctæ, Chrismatis, Olei S. vel cujusvis rei sacratæ ad sortilegium, divinationem, incantationem, aliosvé usus magicos.

III. Per-

III. Perjurium Clerici attactis SS. Evangeliiis in
Judicio.

IV. Crimen incendiarii, Excisio notabilis sege-
tis, Arborum frugiferarum, vitium, & vinearum ex
odio tertii, aut communitatis.

V. Crimen falsariorum tam monetæ, quàm
litterarum seu instrumentorum publicorum.

VI. Sodomia, bestialitas, congressus cum Dæ-
mone carnalis.

VII. Commixtio Sacerdotis cum filia spiri-
tuali.

VIII. Homicidium voluntarium quantumvis
occultum : & adhortatio, ex qua commissum est
homicidium.

IX. Depulsio foetûs, sive animati, sive ina-
nimati.

X. Percussio Parentum enormis.

XI. Matrimonium à sciente, conjugem suam,
aut alterius contrahentis adhuc vivere, initum.

**ORDO POENITENTIÆ SACRA-
MENTI ADMINISTRANDI.**

CUm ad confitendum homines accedunt, Parochus cum dete-
statione suorum peccatorum in templo, nisi necessitas vel poe-
nitentis infirmitas aliud suaserit, & tempus suppetat, ad hoc Mini-
sterium rectè sanctéque obeundum, piis precibus divinum auxilium
implorabit, stolâ, & superpelliceo, juxta rituale Romanum, indutus.
Deinde cum poenitens depositis armis, si fortè illis accinctus, flexis
genibus, nudo capite, junctis manibus sedens ad confessionalem